

Franckesche Stiftungen zu Halle

Observationvm Philologicarvm Decadem

Dehn, Johann Heinrich

Regiomonti, [1729?]

VD18 13484982

Observatio I. in Gen. VI. v. 2. 4.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:obv:ha33-1-216539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:obv:ha33-1-216539)



Um mihi nihil unquam magis in deliciis fuerit, ab ineunte adolescentia, quam divinarum litterarum scrutinium, etiam hac vice, cum specimen Academicum, luci publicæ exponere jubeor, in tanta materiarum copia Philologumena quædam disquisitioni subicere, non sine ratione sufficiente animus est.

Observatio I, in Gen. VI. v. 2. 4.

FRustra hic se torserunt interpretes, quid per *filios Dei & Nephilim*, infelici ex commixtione, filiorum Dei, cum filiabus hominum, prognatos sit intelligendum. Audiendi hic plane non sunt, qui per *filios Dei* vel spiritus bonos in humanas libidines exardescentes, cum *Irenæo L. IV. c. VII. Justino, Clemente Alexandrino*, aliisque patrum intelligunt, qui vel versione *ἱω ὁ* seducti, qui in codice Alexandrino pro *ὁιοι θεῶν* legunt *ἄγγελοι θεῶν*, vel supposititio fragmento libri *Enochæ de Egregoriis*; de quo præter multos doctissime differit ven. *D. Job. Franc. Buddem in H. E. V. T. tom. I. p. 13. 2* vel doctorum antiquorum Ecclesiæ præjudicio, qui angelos demonesque corporeos statuere, quod ex *synodo Nicæna secunda* pro more, i. e. solidissime ostendit, ibidem ven. Auctor. Quam opinionem allegasse, est refutasse, tum naturæ angelicæ, *Matth. XXII. 30.* tum veritati, de angelorum in bono confirmatione, contrariam. Nec *spiritus mali* intelligi possunt, *incubi* aut *succubi*, quod tum naturæ spiritus repugnat, tum denominationi, qua dicuntur *filius Dei*, quod prædicatum in hosce spiritus neutiquam cadit. Nec versionum, ac Rabbiorum rem conficit concentus, qui per *filios Dei principum magnatumque filios* intelligunt, *filias hominum*, i. e. *plebejas*, in matrimonium ducentes, vel etiam rapientes; sic enim *Onkelos* vertit: *בני רכביא* filii magnatum, vel ætate, vel corpore, vel dignitate, tam civili, quam Ecclesiastica, i. e. doctrina excellentes, explicante

A

hanc

hanc vocem Buxtorffio *Lex. Talm. Rabb. col. 2172. Samaritana versio in Op. Bibl. Polygl.* שלטניה vertit: *R. Schelomo Ben. Melech in Michlal, Jophi ad v. 2. c. VI. Gen.* ita scribit: בני אלהים האצילים והננידים כן פי' בשרש אלה ובשרש בנה כתב החסידים והם בנים לשם שהוא אוהב אותם כמו האב את הבן בני אלהים בני הגרלים: *Filii Dei sunt optimatum & principum*, sic interpretatur (*Kimchi*) in *rad.* אלה sed in *rad.* בנה scribit: *pii & justi, sunt Deo instar filiorum, quos diligit, ut pater filium, vel filii Dei, sunt filii magnatum*: Ast, licet concedam, per etiam principes, magnatesque posse intelligi, ut *Exod. IV. 16. IV. 16. VII. 1. XXI. 6. XXII. 8. 9. Psalm. XXXII. 6. LXXXIX. 7.* hoc loco tamen nego; quæ enim caussa dilavii, quæ querendi v. 3. quodnam scelus? si filii principum nuptiis sibi junxerint plebejas, dicis, vi illas rapiebant; quia heroum filii sæpe noxæ. R. vocem לקח hanc respuere notionem, sumitur enim de legitimo congressu ad conjugia. *Gen. IV. 19. XXI. 21. XXXIV. 2.* Nil ergo restat, quam ut *Sethite* intelligantur, à pietate majorum deflecentes, turpi, vagoque lasciviæ adfectu, ad matrimonia cum carnali Cainitarum sobole, prorumpentes, id quod & ex tota textus συναφεια tum è phrasi probatur, qua *filii Dei* dicuntur; & à statu priori, & ob externam societatem cum vera Ecclesia *Es. 1. 2. filie hominum*, autem phrasi s. vel *plebejas* *Psalm. XLIX. 3.* vel *impiorum filias* notat, cum homo aliquando impium notet, ut *Psalm. CXXIV. 2.* recte ergo *Arabs* vertit: *filie Caini*. Miror insuper stultitiam Jesuitæ *Petri Cottoni*, cui hic locus adeo obscurus visus est, ut vel à malo dæmone de illo instrui non erubuerit, quum enim 1604 *Hadriana*, Faxinea, puella, à maligno spiritu vexata, Lutetiam delata esset, is ex eadem, vel spiritu potius impuro, inter alia & id quæsit: *Quinam filii Dei filias hominum dilexerint?* conf. *Theoph. Alethai gründliche Erläuterung &c. T. I. tent. 6 p. m. 360. (e.)* Ad *Nephilim* ipsos v. 4. quod attinet, non minor se offert interpretum dissensus: Quidam *Gigantes* intelligunt, ut ex Rabbinis *Aben Esra* qui in h. l. ita scribit: פי' נפילים שיפול לב הראה אותם שיתמה מעוכה קומתם: *Expositio vocis Nephilim, est, quod cecidat cor, qui eos videt, eo quod supore*

stupore opprimatur, præ altitudine stature ipsorum. Sic & Michlal Jo-
 phi in h. l. ונקראו גרולה בעלי קומה גרולה ונקראו
 כן שיפור האדם מפורם מפני שהם גבוהים כלכך;
 Verum nullam hi adferre possunt rationem, cum (1.) jam antea sine
 dubio homines fuerint procera statura, (2.) probabile potius est, uti
 atatem, sic & staturam hominum decrevisse; (3.) nulla est ratio,
 cur præcise ex hac commixtione homines, mole corporis omnes vin-
 centes, nasci debuerint, (4.) tandem Moses totus est in eo, ut caus-
 sas diluvii indicet, morum temperamentorumque ante-diluvianorum
 perversitatem, non autem externam staturam, quæ causa diluvii esse
 nequit. Locus Num XIII. 33. 34 nil obstat, recte enim observant vi-
 ri docti, hanc hujus vocis significationem non esse formalem, sed,
 è succedaneo usu factam. Nec suam sententiam satis probant, qui
 cum Junio, Piscatore, Schmidio, Apostatas, à fide & vera Ecclesia
 intelligunt; licet enim vox נפל hanc ideam non respuat, 1. Sam.
 XXIX. 3. 2. Reg. VII. 4. recte tamen cum Pfeiffero Dub. Vex. p. 64.
 monent plurimi, hoc nimis esse generale, cum omnes ante-diluviani
 præter Noachi locios, fuerint defectores. Optime ergo, cum Lu-
 thero, aliisque, invasores, hostilem animum in omnes ostendentes,
 intelliges, atheos, omnis veræ religionis contemtores, prudentum,
 addictos, omnibus sceleribus vitam inquinantes, rapinis, oppressioni-
 bus aliorum, maxime Sethitarum sese ditantes, ex ejusmodi enim, in-
 felicibus conjugii diversæ religionis nati sunt homines, omnis pie-
 tatis, fideique adversarii. Quatenus hæc ad Romanenses quadrent,
 judicio Megalandri, jam non inquirō. Consentiant nobiscum
 Pfeifferus D. V. p. 65. Aquila, vertens ἐπιπλόντες; notio vocis נפל
 quæ non tantum cadere, sed & irruere significat; Job I. 15. R.
 Sch. Jarchi, ita dici illos, את העולם שנקלו והפילו quod ir-
 ruerent, & mundum sibi subjicerent. Quod si vero corporis pondus
 cum illorum audacia conjungere velis, non multum repugnabo, cum
 iamensa corporis moles, furoris, audaciæque soleat esse magistra, uti
 id in Goliatho videre est. conf. ven. Præceptoris D. Joachimi Langii
 Hist. Eccl. p. 16. Eduard. Leighii Crit. S. P., l. p. m. 146. (b)